



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

De Restitvione In Integrum. Titvlvs XXI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

## C A P . I X .

*Tria dicit. Primo, quod procurator ad contrahendum matrimonium debet habere speciale mandatum. Secundo, quod talis procurator non substitut: nisi ad hoc mandatum habeat. Tertio, quod si talis procurator revocatus etiam ignoranter contrahit, non tenet matrimonium. Ioan. Andr.*

Idem:

**P**rocurator & non aliter censetur idoneus ad matrimonium contrahendum, quam si ad hoc mandatum haberet speciale. Et quamvis alius sit, qui constituitur ad negotio procurator, alium dare possit: in hoc tamen casu (propter magnum quod ex facto tam arduo & possit periculum imminenter) non poterit deputare alium, nisi hoc eisdem specialiter sit commissum. Sanè si procurator antequam contraxerit, a domino fuerit revocatus, contractum postmodum matrimonium ab eodem (licet tam ipse: quam ea, cum qua contraxit, revocationem hujusmodi penitus ignoraret) nullius momenti existit, cum illius consensus descerit, sine quo firmatatem habere nequit.

45

DE IIS, QVÆ VI METVSVE CAV-  
SA FIUNT.

## TITVLVS XX.

## C A P . I .

*Excommunicationis, suspensionis, vel interdicti absolutio, vel revo-  
catione per vim extorta; non tenet. & extorquent excommunicationis  
est ipso iure. Ioan. Andr.*

Gregorius X. in Concilio generali Lugdun.

**A**bolutionis beneficium, ab excommunicationis sententia, vel quamcumq; revocationem ipsius, aut suspensionis, seu etiam interdicti per vim vel metum extorta, praesentis constitutionis auctoritate omnino viribus vacuamus. Ne autem sine vindicta violentia crescat audacia; eos, qui abolutionem seu revocationem hujusmodi vi vel metu extorserint, excommunicationis sententia decernimus subiacere.

## DE RESTITUTIONE IN IN-

## TEGRUM.

## TITVLVS XXI.

## C A P . I .

*Ecclesia post quadriennium non admittitur ad petendum restitu-  
tutionem contra sententiam, vel contradictum, nisi rationaliter aliqua  
causa hoc suadeat. Ioan. Andr.*

Gregorius IX.

**E**cclisia, quæ ad retractandam sententiam, vel con-  
tractum, per beneficium restitutioonis in integrum,  
postularis admitti, si quadrienni spatiu post sit  
la psum, & negligenter omiserit, non est ad beneficium  
hujusmodi admittenda. *c* Nisi pravaricationis, vel fra-  
dis manifeste probetur super hoc interveniens comen-  
tum: aut alia rationalibus causa sub sit, quæ superiorem  
care debeat ad idem beneficium concedendum.

C A P . II .

*Ecclesia contra confessorem, qua lata fuit, admittitur intra  
quadriennium, per beneficium restitutioonis in integrum: postea  
non, nisi per viam iuri covenienti. Ioan. Andr.*

Bonifacius VIII.

*a Vid. Antiquarum consil. 228. incip. A. duas filias habebat.  
& diobius consil. seq. Antonium Butrum consil. 64. incip. A. duas  
filias habebat. & consil. seq. & Alex. consil. 146. incip. in causa & lite.  
& consil. 149. incip. ipso processu lib. 5. b Et ideo non deciditur  
juramento per judicem de latto Bald. in l. admonenti. Font. c Iste  
versiculus habet etiam locum in alijs personis, quibus iste refutatur  
componit. Phil. Font.*

meior erit conditio, qui per litis contestationem negotium primitus occupabit. Post occupationem autem hujusmodi; alter se intrumittere nequibit ulterius, cum ille litis dominus sit effectus: nisi dictum in constitutio- ne fuisset, quod non fieret melior conditio occupantis. tunc enim si eum, qui occupavit, infirmari, mori, absen- tari, vel alias impediti contingat, aut si prosequi forte nolit, poterit alter suscipere ac perficere negotium ab a- liis inchoatum, dum tamen ab alio non fuerit aliis sub- stitutus: nam si sit, is preferri debebit eidem.

*Procurator datus in solidum, qui occupaverat negotium, ex im-  
pedimento exclusus, non resumit: nisi altero impedito, b. d. Do-  
minus.*

Ceterum ubi nullo substituto, alter suscipere negotium prosequendum, is, qui occupavit primitus, ipsum refu- mere posita impedimento cessante nequibit: nisi forsan illum contingat a impediri

*In causa spiritualibus ex diobus procuratoribus simul simpliciter  
dati iudex elegit magistrum idoneum, qui solus prosequi poterit: nec  
alii admittuntur, nisi primo legitimi exclusi. b. d. Dominicus.*

Sane in electionum, postulationum, provisionum, & aliorum spiritualium negotiorum causis (cum talia cleri- corum expeditionem exigere dignoscantur) volumus spe- cialitatem observari, ut si plures procuratores simul in eis fuerint non in solidum deputati, iudex (ne propter eorum concordum negotia eadem intricari contingat) idoneo- rem expiis eligere valat: & ille solum modo prosequatur, habeatque quicquid cum illo sic electo factum exti- terit, plenam roboris firmatatem: nec ad prosequendum alius admiratur postmodum: nisi prout eum, qui non occupat negotium, censumus post occupationem factam ab alio superioris admittendum.

## C A P . VII .

*Procurator, qui renuit acceptare mandatum, pantere poterit,  
quamdui constituens in eadem perseveraverit voluntate.*

Idem:

**L**icit & is, qui procurator constituitur ab absente, dixerit praesentium sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quandiu constituens in eadem persistet voluntate, ipsum acceptare poterit, quandoconque placebit.

## C A P . VIII .

*Dominus datus procuratorem, quatuor contingit eum abesse, cau-  
sam trahendo procuratorem non intelligitur revocare: fucus si sim-  
pliciter: nisi expreſſe proſectetur, quod ipsum revocare non inten-  
dit: vel alia hoc appearat ex probabilitus conſellu. Ioan.  
And.*

Idem:

**S**i quem sub ea forma, quonies te abesse contigerit: conſtitueris procuratorem ad causam, non idem (licet tractes eam postmodum per teipsum) procuratorem ipsum dignoscere revocare, quinidem procurator idem procuratoris aliquem officium, quandocunque te contigerit absentia. Secus si simileiter te fuerit constitutus: tunc enim sive ante item contestatae sive post ad causam ipsam venias, non ut ipsi procuratori afflatis, sed ut causam tractes tandem, tractando ipsam eum revo- care censeris: nisi dicas expreſſe, quod ipsam vis in offi- ciis procuracionis (hoc non obstante) manere, vel nisi quod non animo revocandi hoc facias, ex aliquibus ap- pareat conjecturæ d, ut si forsan aliquis immineat arti- culus, in quo tu melius nosli veritatem, aut si tibi pro- curator ipse infirmus, vel forsan te absenter, seu quicquid aliud accidat, propter quod ipsi causa tua sit praesentia opportuna.

*a Aliud, conigerrit. b ad hunc text, vid. que dicit Alex.  
consil. 27. incip. revocatur in dubium. l. c Vid. l. confus. ff. de  
ab. & oblig. Font. d Una presumptio tollit aliam, de presum.  
iteratu de mea restit. l. divisa. Font.*

**S**i aduersus confessionem in iudicio à se factam, laxa ecclésia beneficium restitutionis in integrum, intra quadriennium ab ipsius confessionis tempore computandum; petere negligenter omittat: non est (ut si aliquid rationabile appearat, quod aliud suaeferit faciendum) ad hoc petendum ulterius admittenda. Vbi vero per viam communem revocationis erroris, quem in facto prætentit, vult aduersus suam confessionem ecclésia se juvare: hoc quandocunque poterit, donec negotium sit finitum.

DE ARBITRIS.  
TITVLVS XII.

CAP. I.

*Si ex tribus arbitris duo concordent in summa, tenet illorum sententia; si omnes discordant, tenet sententia de summa minori.*

Bonifacius VIII.

**S**i ex tribus arbitris, te duo in decem, & tertius in quinque condemnant, debet sententia prævalere duorum. Licit cùm unus in XV. aliis in X. tertius vero in quinque pronunciant: illius, qui dixit de summa minori (cùm in illa omnes concordes existant) sententia efficax conseratur.

CAP. II.  
*Si ex tribus arbitris unus nolis examinando vel definiendo suo interesse, duo procedere poterunt, ac si ille præfatus esset. Cui judices autem antiqua iura serventur. Joan. Andr.*

Idem.

**V**T quæstionibus (quæ plerumque propter arbitrorum voluntariam seu malitiosam absentiam remanent ad dictis) finis celerius imponatur: Statuvimus, ut li exibus arbitris à patribus electis, eorum aliquis ab aliis legitime requisitus ad examinandum vel definendum eam eis negotium, super quo in ipsis existit compromissum, non curaverit (cessante impedimento legitimo) convenire: duo præfentes, penes quos (līcet in eis aliud innite videatur) totalem eo calu removet decernimus potestatem, possit (malitia seu voluntas illius absentia non obstante) dictum examinare negotium, & libere definire, sicut possit illo præfente, ac volente, cum eis in unam sententiam concordare a se ipius absentia præsentia repleta divina cum report faciat pro præfente. Circa judices vero antiqua permutamus immutari.

a. *Vid. Bart. in Lit. f. 100v. b. item f. 101v. f. 102v.*

FINIS LIBRI PRIMI.

SEXTI DECRETALIVM  
LIBER SECUNDUS.  
DE JUDICIIS.

TITVLVS PRIMVS.  
CAPITVLUM I.

*Judex delegatus non habens ad hoc speciale mandatum à Papa, non potest compellere partem, ut personaliter coram eo compareat: nisi ex rationabili causa. Joan. Andr.*

Innocentius IV. in generali Concilio Lugdunensi.

**D**VRIS esse ambiguum non videtur, judicem delegatum, (qui à fede Apostolica mandatum ad hoc non receperit speciale), iubere non posse alterum partium coram se personaliter in iudicio comparare. Nisi causa fuerit criminalis a, vel nisi pro veritate dicenda, vel pro iuramento calumnia faciendo, vel alias juris necessitas partes coram eo exigerit personaliter presentari.

CAP. II.

*Mulieres personaliter ad iudicium (quacunq; causa in jure non expresa) invito trahenda non sunt: sed si necessarium sit ipsorum testimonium in causa, judex expensis producent interdum ab, interdum mittet: & judex fraudulenter vident, excommunicatus est. Mulieres religiose etiam volentes, extra monasterium suum ex aliqua causa personaliter ad iudicium trahi non possunt: quod contra prædicta sit, est iritum. Joan. Andr.*

Bonifacius VIII.

**M**ulieres b. squas vagari non convenient, nec virorum ceteris immisceri) auctoritate literarum se-

a. *Vid. Bart. in l. pen. 9. ad crimen. ff. de pub. judic. Fon.* b. *Vid. Bart. f. 100v. de proc. l. ser. v. C. de jud. & l. ser. ff. de reg. iur.*

dis Apostolica, vel legatorum ipsius, aut aliquo genere, ad judicium personaliter evocari, vel trahi a causa causa ferendi testimonium, aut alia qualibet (quæ in iure non exprimitur) prohibemus. Sed cum necessarium fuerit testimonium earundem, iudex (in expensis pars proditionis easdem) tabellionem aut aliam personam vocem ad eas transmittat: vel si forte talis causa occurrit quod iure prohibente, receptione taliū alteri committi non possit: iudex a tunc propter hoc personaliter ad illas accedit, aut (si talis sit persona iudicantis conditio) quod id per ipsum non deceat fieri, vel non possum) mittat ad eos proviso quod causa hujusmodi (videlicet ut iudex vadat personaliter) non fingatur: nec fraus interveniar in hac parte. Alioquin fictio hujusmodi vel fraudator, ipso factio sententiā excommunications incurat.

Ceterum sciminz religioꝝ, prefectum que debet sub clausura morari b. extra suum monasterium vel clausuram non vocentur ad iudicium, vel trahantur ex quavis causa personaliter: etiam si hoc voluntas accideret earundem. Decernimus quoque ut ipso iure si remittat & inane, si quid contra præmissa contingit attenuat.

a. *Al. sita presatus iudex proprii hoc, &c. b. causis utr.*  
b. *hoc licet. V. l. 1. ff. de in jure voc. l. ser. vas ad cuius. ff. de aliis. & c. b.*

CAP.